didisti; si autem magis manenter uos in fide coheredes estis dn̄o ih̄u xp̄o
quia ipse est gloria & uirtus in patre & sp̄u sc̄o p(er) inmortalia secula saeculorum am.
explicit. omelia de patre et duobus filiis;

INCIPIT EIUSDEM AD NEOPHITOS .XXXIIII.

BENEDICTUS DS ECCE STELLE ETIAM DE TERRA MICU
erunt. stellae s caelestibus clariora lucenter. in terra; stellae propter
eum qui in terra de celis apparuit; Nec sufficit stella in terra monstra
ri; sed & die suo luce lucente fulgescunt; & hoc plus admirationis ad
fertur quod fulgor stellarum noctium ministrarum a p(rae)sentibus lumi
na clariora redduntur; Illae namque solis aduentu suo p(er)funguntur officio
haec lucem solis iustitiae properante maiore lucescunt; & ille saeculorum
confusione dépereunt haec temporum fine sese clariores ostendunt;
De illis & enim dictum est quod stelle de caelo cadent sicut cadunt folia
de uite; de his autem dictum est quod iusti fulgebunt sicut stellae caeli; quid
est sicut cadunt folia de uite sic stelle de caelo cadent; sicut enim uitis
cum uuarum fructibus praegrauantur foliorum auxilium necessarium
ut protegantur exposcunt; Cum autem deposuerint fructum & iam foliis
denudantur; Ita & mundum humani generis natura uiuentis stellas quo
que conseruat; Nam nocte pereunte sine dubio stellarum utilitas simul cum
nocte deficit; & illarum ignea natura stellarum est & istae docentur ig
neam sortire naturam; sed ibi quidem ignis quem humanus sensus inuenit,
hic autem quem secramentis ostendunt; Ipse namque uos ait baptizauit
sp̄u sc̄o & igni; uultis & utriusque nomina partis audire; Illis orion nom
arcturus. uesperus. lucifer; In his uesperus nullus sed lucifer uniuer
si benedictus ds. Iterum dicam qui facit mirabilia solus qui facit
in uniuersit & conuestit uniuersa; ecce libertatis serenitate p(er)
fruuntur qui tenebantur paulo ante captiui. & ciues ecclesiae
sunt qui fuerunt in p(er)egrinationis errore & iustitiae in sorte uer
7 santur qui fuerunt in confusione peccati; Non enim sunt tantum
liberi sed & sc̄i, non tantum sc̄i sed & iusti; nec solum iusti sed & filii;
nec solum filii sed heredes; nec solum heredes sed & fratres xp̄i nec
tantum fratres xp̄i sed coheredes non solum coheredes sed & membra

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0274